



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istorია

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XIV. De falsis Prophetis Cataphrygarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

esse principium? Dic nobis si placet? Tum ille respondit: Prophetias eò quod nihil omninò veri dicant, seipsas refellere. Sunt enim, ajebat, dissonantes & falsæ ac sibimetipsis contrariæ. Porro quæ ratione unicum esset principium, se quidem nescire profitebatur; sed tamen moveri atque impelli ut ita sentiret. Post hæc cum eum jurejurando adegissem, ut ex animi sui sententia loqueretur: juravit se verum dicere, nec se omninò scire qua ratione unus esset ingenitus Deus, se tamen ita credere. His auditis ego hominem deridens reprehendi, qui cum se Doctorem profiteretur, doctrinam suam rationibus confirmare non posset. Ceterum in eodem libro quem Callistioni nuncupavit, Romæ à Tatiano se eruditum esse testatur. Refert etiam à Tatiano elucubratum esse Questionum librum: in quo cum Tatianus obscuros se expositurum esse promississet, ipse Rhodon solutiones Questionum Tatiani peculiari opere editurum se esse profiteretur. Exstant etiam ejusdem in Hexæmeron Commentarii. Ille porro quem diximus Apelles, plurima adversus legem Mosâicam impiè est locutus; multisque libris maledicentissimis oracula divina infectatus est, dum ea confutare, & ut quidem sibi videbatur, penitus evertere, ingenti studio molitur. Verum de his hæc tenus.

Αξίς αὐτῆ σοι, ἢ πῶς δὴ ἰσχυροῦς λέγειν μίαν θεοῦ τὴν φροῦσον ἡμῶν. ἔφη, τὰς μὲν Προφητείας αὐτὰς ἐλέγχων, διὰ τὸ μηδὲν ὅλως ἀληθῆς εἰρηκέναι. ἀσύμφωνοι γὰρ ὑπάρχουσιν, ὡς δὲ εἶς, καὶ ἑαυταῖς ἀντικείμενα. τὸ δὲ πῶς ἐστὶ μὴ δόξῃ, μὴ γνώσκων ἐλεγχῶν, ἔγωγε δὲ κινεῖσθαι μόνον. εἰτ' ἐπομοσαμένε με τάληθες εἰπὼν, ὡμνεν ἀληθεύων λέγειν, μὴ ἐπίσαδὸς πᾶς ἐστὶν ἀγνήνη. Θεὸς, τὸτο δὲ πιστεύειν. ἐγὼ γὰρ γελάσας, κατέγραψον αὐτῶν. διότι διδάσκοντες εἶναι λέγων, ὅτι ἡδεῖ τὸ διδασκόμενον ὑπὸ αὐτῶν κρατύνειν. ἐν τῷ ἀπὸ δὲ συγγράμματι Καλλιστίωνι προσφωνῶν, ὁ αὐτὸς μεμαθημένος δαί ἐπὶ Ρώμης Τατιανῶ ἑαυτὸν ὁμολογήσας φησὶ δὲ καὶ ἐσαυδάδῃ τῷ Τατιανῶ προσημαμάτων βιβλίον δι' ὧν τὸ ἀσαφὲς καὶ ἐπισηματικὸν τῶν θεῶν γραφῶν ἀσαφῆσαι ὑποχόμενος ἔστι Τατιανῶ, αὐτὸς ὁ Ρόδων ἐν ἰδίῳ συγγράμματι τὰς τῶν ἐκείνου προσημαμάτων ἐπιλύσεις ἐκθήσασθαι ἐπαγγέλλεται φέρεται δὲ αὐτῶ καὶ εἰς τὴν ἑξαήμερον ὑπομνήματα. ὁ γέτοιο Ἀπελλῆς ὅστι, μετὰ καὶ τὸ Μωυσεῶς ἠσέησε νόμῳ. διὰ πλείονων συγγραμμάτων τὰς θεῖας βλασφημίας ἠγάγετο, εἰς ἐλεγχόν τε ὡς γε δὴ ἐδόκει καὶ ἀνατηρήσασθαι αὐτῶν, ἔμικρὰν πεποποιημένῃ ἀποδοῦναι ταῦτα μὲν οὖν ὡς τῶν.

CAPUT XIV.

De falsis Prophetis Cataphrygarum.

Huc refer Niceph. c. 20. l. 4.

Ceterum hostis ecclesie Dei, qui semper virtuti infestus est & malis delectatur, nec ullam unquam insidiam hominibus speciem atque occasionem prætermittit, peregrinas quasdam hæreses adversus ecclesiam pullulare iterum fecit. Quorum sectatores alii quidem venenatorum anguium instar per Asiam Phrygiamque repserunt. Qui & Montanum Paracletum, duasq; ejus comites Priscillam & Maximillam Montani Prophetissas esse jactabant.

CAPUT XV.

De Blastis schismate quod factum est Roma.

Lii vero in urbe Roma viguerunt, quorum dux fuit Florinus quidam presbyterii in ecclesia gradu dejectus; & Blastus simili errore implicatus, qui qui-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ΄.

Περὶ τῶν κατὰ Φρύγας ψευδοπροφητῶν.

Μισοκαλὸς γὰρ μὴν ἐς τὰ μάλα καὶ φιλοπόνητος ὢν ὁ τῆς ἐκκλησίας ἔστι θεοπολέμιος, μηδένα τε μηδαμῶς τῆς καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπιβελῆς διπολιτῶν τρόπον, αἰρήσεις ξένας αὐτῶ ἐπιφύσας καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐνήργησεν ὧν οἱ μὲν ἰοδόλων δίκην ἐρπετῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας καὶ Φρυγίας εἰσπον. τὸν μὲν Παράκλητον Μοντανόν, τὰς δὲ ἑξ αὐτῶ γυναῖκας Πρίσκιλλαν καὶ Μαξιμίλλαν, ὡς ἀντὶ Μοντανῶ Προφήτιδας γενομένας ἀνυχεῖντες.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ΄.

Περὶ τῶν κατὰ Βλαστὸν ἐπὶ Ρώμης γενομένου σχίσματος.

Οἱ δὲ ἐπὶ Ρώμης ἠκμαζόντων ἡγήτοιο Φλωρίνος, πρεσβυτέρη τῆς ἐκκλησίας διποπεσῶν Βλάστος τε σὺν τῷ τῶν ἑταρῶν.